UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Comitib[us] q[ui] prouincias regu[n]t.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

LEX V.

**Iubemus.** Cubicularij etiam dignitate depoſita cum vadunt extra vrbem poterunt vti cingulo ſue dignitatis.

De primicerio,& ſecundicerio et notarijs. Rub.VII,

LEX I.

**Precipua.** Notarij principis,licet ſene-
ctute depoſuerint officium,
aut maiorem dignitatem fuerint adepti, non ob
hoc notariorum nomen perdunt,ſed ⁊ notariorū,
⁊ dignitatis ſue retinent priuilegiū,nec poſſunt
eſſe diſcuſſores,aut perequatores,aut ſimilem di-
gnitatem cum adminiſtratione habere.contra facientes puniun
1 tur h.d. ¶ †Eſt hec lex optimum argumentum ad ſtatutum di-
ſponens,quod ille qui appellatur notarius, non poſſit eſſe decu-
rio.[1]⁊ ſi aliquis fuit ſemel in matricula notariorum deſcriptus, ſi
poſtea ſe faciat deleri,non tamen propter hoc poterit eſſe decu-
rio.hoc dicit.

LEX II.

**Preclaram.** Primicerij vltra biennium in
officio militare non coguntur,
⁊ ſi a palatio per vnum annum ſe abſentauerint, vnum
gradum militie perdunt, ſi per triennium, tres, ſi per
quadriennium,quatuor,ſi per quinquennium,primiceriorum or
dine non vtuntur.⁊ licet ob abſentiā,quinquennij ab officio ſint
remoti,tamen ordine diſcuſſorum ⁊ perequatorum non grauan-
tur,⁊ inter eos prerogatiua temporis eſt habenda que nulla po-
teſt rõne celari.⁊ hoc officio finito ad offm̄ magiſtri officiorū ſunt
1 aſſumendi.h.d. ¶ †In text.ibi,nobilem que militiā.Nota quod
appellat nobilem eſſe militiam notariorum principis,⁊ ideo licet
in alijs notarijs[1]ſit,vt eorum officium vile reputetur,vt no.in l.v-
niuerſos.§.de decur.tamē ſecus eſt in notarijs principis, per hāc
2 legem. ¶ †In gl.ibi.geminant penam.eſt argumentum dicens,ꝙ
qui percuſſit aliquem in domo habitationis,[1]puniatur in manu,
quod ſi percuſſerit bis,puniatur in ambabus manibus,per hanc
gl.⁊ l.nemo.hic alle.⁊ hoc verum,niſi in ſtatuto diceretur de ma-
nu dextra vel ſiniſtra,cum quis non poſſit habere niſi vnam dex-
a tram vel ſiniſtram.de quo dixi[a] in l.nunquam.ff.de priua.delic.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde quod no.Bar.in l.vulgaris.de fur.⁊ dixi poſt
Bar.in l.nunquam plura.in margine.

Vt dignitatum ordo ſeruetur. Rub.VIII.

LEX I.

a **Si quis indebitum.** [a]Vſurpans ſcien-
ter honorē ſibi in
debitum,crimine ſacrilegij punitur.h.d.Poteſt tamen in
telligi lex quod electione[1]de ſe facta non vendicaret ſibi locum pe
na huius legis,vt §.ſi ſeruus aut liber.l.ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde ea que no.Bar.in[1]l.reddantur.de profeſ.⁊ me-
dic.li.x.⁊ in l.j.§.de dignita.in ver.ſequitur in diffinitione[1]illata.
Lud.intelligit iſtum tex.procedere in eo qui accuſauit locum of-
ficij,quia bene punitur pena,de qua hic.Sed vbi quis occuparet
locum maioris,puta in ſedendo,vel ambulando. quia tunc puni-
tur pena,quia debet poni in loco viliori, ⁊ priuari loco aſſumpto.
c.precipimus.lxiij.diſt.ita no.Ro.in litera.m.no.xxiij.

LEX II.

**Omnes.** Habentes dignitatem cū adminiſtra
tione preferuntur habentibus eandē
ſine adminiſtratione,poſtea qui dignitatem habent ſo
lam,⁊ adminiſtrationem depoſuerunt, ⁊ hi habere di-
cuntur dignitatem vacantē,poſtea illi quibus dignitas cum ad
miniſtratione committitur,quarto illi,quibus dignitas a Prin-
cipe conceditur in prouincia ſine adminiſtratione, ⁊ hi honora-
rij[1]appellantur,quinto hi,quibus illuſtris dignitas ſine[1] admini-
ſtratione committitur. ¶ Item adminiſtrationem habentes[1]pre
feruntur vacantibus. ¶ Item vacantes preferuntur honorarijs
in ſimili dignitate conſtitutis,non in diſpari,⁊ prefectus vacans
prefertur prefecto honorario,non autem queſtorius prefecto ho
norario. ¶ Item non debet appellari vacans,ſi habenti dignita
tem poſtea conceditur adminiſtratio.h.d.

De magiſtris ſacrorum ſcriniorum. Rub.IX.

LEX VNICA.

**Viris ſpectabilibus.** Magiſtri no
tariorum ma
gne curie,etiam dignitate finita vna cum eorum filijs,
a grauamine priuato ⁊ publico ſunt immunes, ⁊ penā
grauem imponit contra eos,qui compelluntur munus ſubire.h.
d.⁊ durat priuilegium.Concord.ſunt in gl.

De Comitibus conſiſtorianis. Rub.X.

LEX I.

**Eos.** Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in
principis conſiſtorio,⁊ proconſulibus adequant.

De comitibus et tribunis ſcholarum. Rub.XI.

LEX VNICA.

**Prepoſitos.** Prepoſiti ſcolarium,id eſt,illo
rum, qui ſunt per Principem
ad aliquod officium deputati, principem adorare poſ-
ſunt,inter quos etiā palatini numerantur ſi eis fuerit
data primi ordinis comitiua cum adminiſtratione,depoſito offi-
cio ſi non aſpirauerint ad maiorem dignitatem,pares ſunt comi
tibus Egypti,⁊ dioceſis Pontice.Alij vero milites ſoluta militia
numerantur inter eos qui fuerunt prouinciarum duces.

De comitibus rei militaris. Rub.XII.

LEX I.

**Qui contemplatione.** Miſ-
ſus ob
ſuam probitatem ad partes tranſmarinas cuſto-
diendas,illis dignitatū inſignijs adornatur qui
bus proconſules.h.d.† Nota iſtam legem pro il-
lis Capitaneis guerre,qui per Papam vel Prin
cipem mittuntur vltra mare ad expugnandum ſarracenos, quia
quo ad dignitatem ſunt pares proconſulibus.

LEX II.

**Eos qui.** Miſſus p̄cipaliter ad defendendum
aliquam ciuitatem , vel prouinciam ci-
tra mare ſimilis eſt.duci adminiſtranti aliquam prouin-
1 ciam,excepto duce Pontice,⁊ Egypti.h.d. ¶ Nota iſtam legem
pro illis qui deputantur ad cuſtodiendas ciuitates per Papam
vel per principem,quia ſunt ſimiles ducibus,⁊ poſſunt ciuitatē
defendere,quemadmodum duces.

De Comitibus et archiatris ſacri palatij. Rub.XIII.

LEX VNICA.

**Archiatros.** Archiatri, id eſt,militan
tes inermi militia intra
palatium Principis,ſi primi gradus militiam ob
tinuerint,eam dignitatem adipiſcuntur,quam du
ces,⁊ vicarij Principis, qui militiam adminiſtra
uerunt,⁊ etiam Comites primi ordinis.h.d.† No
1 ta hanc legem pro medico Pape vel Principis,vt hac dignita-
tate fungantur.

ADDITIO.

¶ Idem eſt in notario principis in l.j.§.de mand.prin. Bal.c. de
feudo guardie.

De comitibus qui prouincias regunt. Rub.XIIII.

LEX VNICA.

**Eos.** Comites qui gubernauerunt prouinciam,de-
poſito officio priuilegijs dignitatis vicarie fun
guntur.

De profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana docen
tes ex lege meruerunt comitatiuam. Rub.XV.

LEX VNICA.

**Grammaticos.** Grammatici,⁊ Sophi-
ſte,⁊ Iuriſperiti, qui p
viginti annos ſcientiam docuerunt in Conſtantinopo-
litana ciuitate,per illius ciuitatis certum in arte do-